Ecclesia Parochialis Klimkovensis.

Sub Titt. assumptionis in Coelum B. V. Mariae Collationis Magnifici ac Generosi Dni Thadei Siedlecki Subdapiferi Premislien. Anno Dni 1533. cum Consensu Illmi Laurentii Eppi Premislien. in fundo Spirituali per communitatem extructa fuit, quam post desolatam mediante Consensu Illmi Szembek Eppi Premislien. sumptu Joannis Swiatczak Incolae Klimkovien. Anno Dni 1755. restaurata. Et per Adm Rndm Joannem Strzawinski Decanum Foraneum Biecen. etc. benedicta. firma ad presens, scandulis bene contecta simul cum Campanili Cementario Ligneo cum una porta circumducta.

Pro Dote et sustentatione suorum Parochorum habet duas quartas agri, propriis pecuniis R.R. Parochorum Klimkovensium emptas, quarum una vigore Privilegii Perillris Magnifici Dni Stanislai Lętowski Subdapiferi Palatinatus Cracovien. de 20 Marty 1741. Anno in Kosyszki Dati ab omni onere et censu est libertata, altera vero hucusq oneribus et censibus subjacet.

Cujus quartae, ut dictum, libertatae, tendentia incipit a fluvio per Villam decurrenti; ad meridiem ex superiore Lanei Sculteciales ex inferiore autem parte Rola Kostowiacka ad graniciem Czarnian. ad Septemprionem vero ab eodem fluvio inter easdem metas ad Graniciem Łosiansicen. Penes quam quartam, ut dictum, libertatam, altera quarta, ut dictum censu onerata, jacet, et in iisdem metis a quo, inter quem, et ad quem.

Notandum. dictam quartam libertatam agri non sufficere pro sustentatione Parochi, ideirco requiritur melior erectio ne Parochus alterius aggravetur onere et censu de secunda 4ta agri, pro fundo Ecclesiae Klimkovensis per Parochos Klimkovenses empta.

Agri Cmetonales dant no 7. et Sculteti una super duobus Laneis.
Ex uno quoq agro tam cmetonali quam Sculteciali vigore Privilegii Perillris Georgii Potocki Pincernae Chełmen. de 6. 8bris 1668 dati w Ryglicach percipit R Parochus, per cubulum unum avenae in alio autem grano nil percipit.
Domus Incolarum dant no 44. ad Confessionem Paschalem ponendo. [illegible]
Provino ad usum altaris quilibet incola extradit per grossos 3.
Pro hostiis nil contribuunt.
Baccalaureus nullam pensionem habet, Campanarius exquolibet agro

agro percipit unum Coretum avenæ Gorlicenæ mensuræ
Parochus ad præsens Klimkovenæ R. Petrus Mikulewicz præ
sentatus a Perillri Joanne Łętowski Vexilliferi Palatinatus Cracoviensis
d. 1. Lipca. 1734. Anno w Gorlicach. Et institutus ab Illmo Ustrzy
cki Eppo Premislien. d. 22 Xbris. 1734. Anno. plenarie.
Compossessorem nullum habet.
Filios habet N. 2. Petrum annorum 16. pro acquirendis studiis abiit
a Parete consentiente tamen in Poloniam. Theodorum annorum 10.
Psalterio Rutenico studet.
Supellex Ecclesiastica. Pixis in qua Ssmu asservatur argentea
intus deaurata cum operculo sine conopeo. Calices Stannei 2. cu
patenis, stellis, et cochlearibus. Thuribulare 1. Campanulæ parvæ 3. in cam
panili 3. altaria duo in quibus Sacrificia missæ celebrantur, tribus
mappis mundis tecta inter quas Superiores Dans antemisalia cu
Reliquiis SS. DEI Ills. totum depictum et deauratu. Apparatus 3.
Stolæ 6. manipulana 3. vela ad velandos Calices 2. pallæ 2. Corpo
ralia 3. albæ 4. humeralia 6. Cinguli 2. Superpelliceu 2. Vexilla 2.
Libri Ecclesiastici. Evangeliu 1. missale in 4to Leopoly 1. agenda
antiqua 1. correcta 1. Liber Apostolorum 1 Psalteria 2. Trypholo
gion 1. Tryodion 2. Octoichon 1. Chrisostow 1. Obszyrna ides Liber
trium devotionu 1.
Libros 2. metricen Baptizatorum et Copulatorum sat bene scriptos
produxit R. Parochus Librum autem mortuorum non bona forma,
et Librum Confessionum nullum produxit idem R Parochus.